

Alte Drucke

**ORATIO || DE MICHAELE || ARCHANGELO || ET ANGELIS.||
Habita ab || ÆGIDIO HVNNIO,|| S. THEOL. DOCTORE ET ||
Professore in Academia VVi=||tebergensi, ...**

Hunnius, Aegidius

Frankfurt/Oder, 1598

VD16 ZV 27949

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149400

ORATIO
DE MICHAELE
ARCHANGELO

ET ANGELIS.

Habita ab

EGIDIO HVNNIO,

S. THEOL. DOCTORE ET

Professore in Academia VVis

tebergensi, in Auditorio

Novo.

*Prefixa est Rectoris Magnifici Intimatio, qua ad
audiendam eam Orationem cœtus Scho-
lasticus invitatus est.*



FRANCOFVRTI.

Apud Fridericum Hartmannum, Typogra-
phum & Bibliopolam.

p

RECTOR ACADEMIÆ VVITEBERGENSIS, PETRVS HEIGIVS
V. I. D. Illustriss. Saxoniae
Ducum consiliarius & Professor publicus.

S *I unquam aliàs ar-*
dentibus ad Filium
Dei ἐκ τῶν ἁγίων τῆς δυνάμεως

αυγῆς opus fuit precibus, certe hoc
tempore periculossimo opus
est, quo furor Turcicus Ecclesi-
am Christi & patriam nostrā
communem Germaniam infe-
stis armis, ac ingenti & for-
midabili exercitu invadere,
& sese totis viribus in nos com-
movere nunciatur. Nullius
hominis eloquentia magnitu-
dinem hostilitatis Turcicae, quae
dine

INTIMATIO.

instar grandinis aut fluvij exundantis sese effundit, assequi potest. Miserrimum est ac tristissimum, aspicere ante oculos, tenellos pueros, spem generis nostri interfici, uxores & filias raptari ad immanem fœditatem & turpitudinem: venire in potestatem hostis, ludibrio esse barbaræ crudelitati, eaq; tolerare atq; perferre, quæ victoris libido statuerit. Hæc quævis sint deterrima, nondum tamē maxima sunt: maiora restant, ad quorū mentionem corroborrescunt piæ mentes: Audire maledicas & cōtumeliosas voces adversus Filiū Dei, Dominum nostrum Iesum Christum,

INTIMATIO

adversus divinam & cœlestem
 religionem nostram, videre ne-
 farios ausus in hac evertenda
 & demolienda. Hec atrocia &
 abominanda, quæ civitates at-
 que populi in ipso limine Ger-
 manie, hoc nostro tempore per-
 ferre nunciantur, si quem non
 movent, & ad veram præni-
 tentiam ac seriam divini nu-
 minis invocationem excitant,
 is quo vis scopulo durior est. Et si
 autem utrumq; prædictum est,
 Tyrannidem Mahometicam
 eructaturam esse blasphemias
 in Deum, ac sanctos trucidat-
 uram, & mansuram esse usq;
 ad finem mundi. Tamen etiam
 hoc

INTIMATIO.

hoc additum est, futuram esse
huius blasphemi regni inclinatio-
nem, ne Ecclesiam Dei pror-
sus obruat. Et fiet hac inclina-
tio, non humanis viribus sed
divinitus, & quidem in mon-
tibus Israel, id est, à populis ve-
rè invocantibus Deum in fidu-
cia Filij eius Iesu Christi. Hæc
præcipuè agnoscere & conside-
rare debent pij scholastici, &
propter gloriã Dei, & propter
salutem publicam & privatã
acrius incumbere in pietatis stu-
dium, accum Davide præsag-
iente miseras ultimas ætatis,
in has voces erumpere: Ne pro-
ijcias me in tempore senectutis,

INTIMATIO

cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Item, Transfer bella in ignaros tui, in impios blasphemantes nomen tuum, impedi, elide ac infringe, ò aterni patris imago & Fili vnigenite, hostium tuorum crudelissimos conatus, sta in excubijs ac assidue preliare pro filijs populi tui, propter gloriam nominis tui, & ne tu contumelia afficiaris. Hac vota & hi gemitus, vt hoc periculosissimo tempore ex penetrabilibus cordium nostrorum effundantur & de arumnis Ecclesie, & admiranda huius gubernatione & defensione, à scholastica inuentute

INTIMATIO

tute seria suscipiatur cogitatio,
 hodie hora prima Reverendus
 & Clarissimus vir, Dominus
 Doctor ÆGIDIVS HVN-
 NIVS Collega noster colendus,
 Orationem habiturus est de
 Angelis, ad quam audiendam,
 ut in Auditorio Novi Collegij
 frequentes conveniant omnes
 Iurisdictioni scholastica subie-
 cti, hortamur & iubemus.
 P.P. Anno millesimo quin-
 gentesimo Nonagesimo
 tertio.

A 4

D.E

DE MICHAELE ARCHANGELO ET ANGELIS.

Oratio.



VM multa sunt, Nobilissima lectissimaq; Con-
cio, in hac celebri schola sa-
lutariter inventa & intro-
ducta, tum hoc inter ea neu-
tquam mihi videtur postremum, quod
solemnia, Christianorum festa suis non
modò concionibus & ritibus Ecclesiasti-
cis peraguntur, sed etiam publicis, ut
vocat, intimationibus, ad templi colle-
giorumque tabulas affixis, & orationi-
bus ad Scholasticum coetum institutis per-
celebrantur, ijsque vel metro astrictis,
vel ad consuetum illud dicendi genus,
quod solutum dicimus, accommodatis.
Ita namq; præcipua DEI beneficia,
ceu loco sublimi posita, liquidius inno-
tescunt, & illorum pia recordatio men-
tibus

ORATIO DE ANGELIS.

tibus non planè stupidis aut profanis al-
tius infixæ, quosdam ad cultum pietatis
stimulos post se relinquit.

Et quisquam esse queat, cui non op-
pido proberetur, festum Divi Michaelis
Archangeli in his Saxonix terris & oris
tanta cum solennitate peragi, omnium-
que animos à causarum forensium stre-
pitu, à rerum domesticarum cura, à
Convivijs, à voluptatibus & oblectamen-
tis, alijsq; rebus, sive serijs, sive ludic-
ris avocatos, ad devotam beneficiorum
DEI, quæ per Angelos suos in nos con-
fert, memoriam recolendam vnicè tra-
duci! Neq; est, ut inceptum hoc quis-
quam vlla cum superstitione coniunctum
existimet. Non religioso cultu profes-
simur aut veneramur angelos, non ado-
ramus illòs, non invocamus, non deservi-
mus eis papistico jeiunandi ritu, non
vota nuncupamus, non illis aras, non
templa, non sacella dicamus aut extrui-
mus. Exolevit in nostris Ecclesijs hæc

A S

super-

superstitio, & Splendentis Evangelicæ doctrinæ luce pridem omnes illæ vanitatum Papisticarum tenebræ dissolutæ in nihilum evanuerunt. Dicas fortè mihi: quid igitur est, quod præter hæc enumerata ad solennitatem huius festi reliquum amplius esse queat? Imò verò multa & magna. Etenim doctrinam de beatis Angelis ex scriptura divinitus inspirata rereximus, Deoque pia vota solvimus, quod præpotentes illos spiritus dedit vitæ nostræ custodes, defensores corporum & fortunarum, viæ, quæ lubrica est in hoc seculo, duces atque comites: quòd adversus infinitas technas, fraudes, imposturas, insidias, molitiones & machinationes Diabolorum & mundi tam salubres vobis adiunxit vigiles atque præfides: quòd hos nobis socios: quòd conservos destinavit: quòd eiusdem nobiscum vitæ cohæredes, perpetuæque gloriæ consortes esse voluit. Ex brevissima delineatione hac animadvertitis, opinor,

pinor, quàm se spaciosus aperiat campus rerum vt numero plurimarum, sic pondere suo gravissimarum, quibus satis explicandis, vel enumerandis saltèm, non flumen illud eloquentiæ Tullianæ, non Q. Hortensij florentissimi Oratoris Romani facundia, non illa singularis, ac penè divina vis, quæ vel in Pericle vel Demosthene, Græciæ luminibus, effulsit olim & cernit, vlla ex parte sufficere videatur.

De Angelis dicendum mihi est; consentaneum igitur, vt materiæ stylus attemperetur, & de Angelis Angelorum dicatur lingua. Si enim (vt mihi Paulinâ hypothesin vsurpem) linguis Angelorum concessum foret loqui, huc profectò impensius, addo etiam felicius ei laborarem, vt quæ vbertas doctrinæ, quæ protectio nis rerum humanarum præsidia, qui vigor consolationis, qui commonefactionum stimuli, quæ deniq; exemplaria virtutum præstantissimarum in Angelis ad imitationem proponerentur, per DEI gratiam cerneretis, perspicue
86

& incredibili quodam amore atque studio dictis factisq; virtutes illas exprimendi mens nostra inflammaretur.

Nunc cum in me nulla propè sit facultas ingenij, vsus etiam dicendi perexiguus; vicissim autem rebus, quæ in explicationem veniunt, tantus insit splendor, tanta dignitas, tanta maiestas, ut, vel vnde faciendum initium, vel quis orationi modus statuendus, vbi semel cœpero, propè animi pendeam: necessarium mihi duco, post DEI opr. max. opem in vestra benevolentia præsidium mihi perfugiumque collocare.

DEVM æternum Patrem Liberatoris nostri Iesu CHRISTI precor toto pectore, vt mentes nostras, occupatas in tam sancta materia explicanda, divini Spiritus sui luce collustret & irradiet, ne illotis, non dicam manibus sed animis, in sacrarium divinorum eloquiorum introrumpamus, sed conatum hunc

hunc omnem ad gloriam nominis eius
sempiternam, confirmationem fidei,
consolationem in adversis, emendatio-
nem vitæ & morum, adeoque ad perpe-
tuam salutem animarum vnicè confera-
mus.

Vt autem constet, quid in tota ora-
tione mihi quidem observandum, vobis
autem expectandum sit: duo esse video,
quæ ad plenam rei præsentis explicatio-
nem pertinent. Prius erit de Michaele
seorsim, cuius præcipuè memoria præ-
terito heri festo celebrata est; Posterius
de Angelis generatim & coniunctim:
Illud de primario Duce; hoc de tota
beatorum Angelorum militia: Illud
præterlapsæ festivitatis hypothesein; hoc
thesin univærsæ doctrinæ de Angelis
continebit. Vos iterum atq; iterum
oro, vt quam benevolentiam animo-
rum audiendiq; cupiditatem erga alios,
qui hoc in loco perorarunt hætenus, vsura-
patis, eam mihi quoq; ad exigui tempo-
ris

ris vsuram accommodare non degravemini.

De Michaelē igitur, quæ Spiritus Sanctus in scriptura prodidit, quidam non ad vllum alium Angelum, quam DE I vnigenitum Filium referenda statuunt, vt qui sit vnicus noster Michael, ob decretam de ipso missionem in mundum Angelus olim nuncupatus, nimirum Angelus ille fœderis, Angelus faciei Domini, Angelus consilij magni, Angelus diuinæ erga nos voluntatis internuncius, Angelus, qui Iacobum, qui Patriarchas ceteros, qui fideles ad vnum omnes, ex vniuersis à mundi exordio malis & difficultatibus eripuerit. Et ego quidem non negarim, Danielis vltimo capite nomen Michaelis hoc sublimi significatu atque sensu Filio DE I aptari. Interim nemo quisquam inficias ire poterit, alijs in locis sic describi Michaelē, vt illum ex coetu Angelico esse dubitari nequeat.

Testatur

Testatur hoc commilito eius atque socius, Gabriel Angelus, quando Danieli Prophetæ admirandam suam dimicationem, & cum Dæmonio Persici Regni præfide conflictum denarrans ait: Princeps regni Persarum (sic appellat Diabolum aulicum illum) restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael, vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum. Quoniam dicitur vnus de principibus primis, non obscurum est, creatis spiritibus eum accenterari & connumerari.

Iudas Apostolus recensens hostilem altercationem Michaelis cum Satana, non vt DEVM, sed vt creatum Angelum ipsum introducit. Scribit enim Michaellem in illa disceptatione super corpore Mosis oborta, non fuisse ausum Diabolo notam impingere maledicti, sed dixisse: increpete DEVS. Hoc verò, quod dicitur (non ausum fuisse), in filium DEI nulla ratione competit, vt qui creaturarum omnium, visibilibus, & invisibili-

um

um, Caelestium, terrestrium & infer-
nalium supremum jus imperiumque
possidens, omnino auder Diabolo
maledicti notam infligere, vt opus
ei non sit dicere: Increpet te DEVS,
cum ipsemet sit DEVS ille, qui &
maledicere suis hostibus, & impios ec-
cum conatus freno suae increpatio-
nis domare & cohibere potest. Quis
ergo non videat, Angelum notari,
non CHRISTVM, qui tempore
praesertim Novi Testamenti, postea-
quam in carne manifestatus est, am-
plius in scriptis Apostolorum huiusmo-
di tectis nominibus appellari non con-
suevit.

Iam si nomen Illustrissimi huius
Ducis, atque Principis investigamus,
est id mirabile, vt & reliquorum An-
gelorum nomina. Spiritus Sanctus Mi-
chaelem nuncupat, quod latine sonat:
Quis sicut DEVS: Vnde patet es-
se nomen eius aeterni DEI laudibus
sacrum, & divinae Maiestatis ipsius
memo-

DE ANGELIS.

8

memoriale atq; symbolum. Neq; dubium est, quin DEVS Angelos simul omnes, ut suis ordinibus (quod infra monebo) sic & nomenclaturâ interstinxerit. Nam qui stellarum exercitum magno educit numero, easq; suis designat nominibus, quomodo non multo magis præstantissimos illos Spiritus suis nominibus insigniret? quæ etiam cum audimus recitari, quod unus ex illis Michaël, alter Gabriel, tertius Raphaël vocatur, non sine delectatione documentum illius stre cernimus antiquitatis lingvæ sanctæ, quod ea non solum aliquot seculis in Ecclesia militante sonuerit, sed etiam in Ecclesia triumphante regnet inter ipsos Angelos, quorum nomina ex Hebrææ lingvæ fontibus dimanasse certius est, quàm ut rei per se manifestæ probatio ulla quærenda sit.

Esai. 40.

Sed neq; hoc demonstratu necessarium est, esse Michaëlem non corporeæ

B

poreæ

ORATIO

9
poreas, sed simplicis & immateriate
substantiæ, quippe Spiritum: iuxta
quod scriptum est: qui facit Angelos
suos Spiritus. Cum igitur absq; du-
bitatione sit Angelicæ naturæ; ideoq;
spiritualis essentiæ; quis non miretur,
imò festeretur effrontem impudentiam
Pontificiorum impostorum, qui ad
decipiendum simplicem popellum fa-
bulari non sunt veriti, habere se in
reliquiis, quas venditabant, pennas
de alis Archangeli, quæ ipsi in illo as-
cri conflictu cum Diabolo evulsæ sint,
quin & pugionem, qui è manibus
excussus deciderit, & inter Pontis-
ficiorum secreta hætenus asserva-
tus sit. Quasi verò corporeas hæ-
beat alas, quia talis fingitur ac pingi-
tur, aut quasi carnalibus armis depu-
gnarit adversus principem inferorū,
quo de memorat scriptura, quod sit
Spiritus, quod arma ex ulla materia
fabrefacta pro nihilo ducat, quod fer-
ramenta pro paleis inanib⁹, æs pro li-
gno

Fabula pontificiorum.

Eph. 6.

Iob. 41.

gno putrido habeat, quod malleum
pro stipula, jacula pro quisquilijs re-
putet, vibrantemq; hastam excello a-
nimo negligat & derideat.

Vnde quid & de his & consimilis
bus alijs Papistarum reliquijs habenda
sit, expeditum est iudicare. Quæ
cum sint nugamenta gerris Siculis
vaniora, nihilominus isti latrones as-
ninarum & Antichristianæ impietatis
administri monachi, sacrificuli, reliqui
& Romanæ Babylonis institores
& negociatores inde quæstum facere,
& mundum nimis credulum notorijs
his imposturis pudendum in modum
fallere & in æterni exitij discrimen ad-
ducere nihil sunt reveriti.

Sed ab hoc quasi diverticulis
lo redeamus ad propositum. Non
autem perstringimus ea, quæ
in generaliore de Angelis tra-
ctatione dicenda erunt, sed quæ
B 2 de

quæ de Archangelo hoc filligatim
prodiderunt sacra Biblia. Quare con-
sultò prætereo etiam reliquas Papista-
rum nimis crassas & aniles fabulas, de
Archangelo Michaelē in Apulia in-
colente Montem Garganum, quem
tutum præstet ab incursionibus la-
trunculorum: de apparitionibus ad
Episcopum eius loci factis, instituto
dialogismo, ædificato ibi templo, æ-
quis ē rupe per miraculum eiectis,
muliere gravida vi undæ marinæ abre-
pta sed à Michaelē servata: Et si quæ sūt
aliæ prodigiosæ narrationes, quas Lō-
bardica Legenda Sanctorum audaci-
simè confingit, confictas pro meris o-
raculis venales prostituit.

Ea refero, in quibus recensendis
Spiritus ille veritatis claram nobis lu-
cem & facem præfert. Inter quæ mi-
nimè negligendum videtur, quòd
huic soli ex omni militiā cœlesti co-
gnomentum Archangelī notanter &
expresè tributum legitur. Habet in-
signem

signem suam laudem in scripturis Gabriel, ut præclarus & eximius DEI minister, quem præ cæteris hoc honore dignatus est Dominus, ut & in scriptura Prophetica præfiniret tempus, *Dan. 9.*
 quo Sanctus sanctorum ungendus erat, & appropinquante iam incarnationis tempore lætum hoc nuncium cœlitus adferret, & Christi salutarem incarnationem matri virgini denunciarat. Nec tamen ullibi nuncupatur Archangelus, unde vel solum Michaelis Archangeli nomen & dignitatem obtinere, aut certè non multò plures in eodẽ esse cum illo gradu colligitur, præsertim cū & Apostolus Paulus *1. Thess. 4.*
 unius Archangeli meminerit, quando solennem actum iudicij orbis ob oculos positurus, ait, descendurum esse Dominum de cœlis, cum hortatu & voce Archangeli. Veniet quidem Dominus cum sanctis millibus suis, *Epist. Iude Matth. 24*
 & Matthæo teste mittet Angelos suos, cum tubæ voce magna, inter quos

B 3 tamen

tamen unus duntaxat, veluti reliquorum Dux, Archangelus ab Apostolo nominatur, quem Michaëlem esse Prophetica simul & Apostolica scriptura testis est. Quemadmodum igitur in infernali militia lapsorum Angelorum unus quispiam præ cæteris excellit, quem reliqui suum agnoscunt Ducem & Antesignanum; sic in exercitu cœlesti Michaël est is, quem reliqui Angeli boni, ut Ducem in arcana illa militia sequuntur. Quod antithesis elegans illa non obscurè indicat, quando scribit Iohannes Michaëlem & Angelos eius depugnasse cum Dracone & Angelis ipsius. Nimirum in utroque exercitu quidam eminet Dux & Capitaneus, cui suæ assignantur Angelorum vel malorum, ut Draconi, vel bonorum, ut Michaeli, turma atque copia.

Iam Michaelis nostri singularem amorem erga nos, quis ullis unquam verbis exprimere, quis merita eius, quæ

Apocal. 12

quæ in omnium ætatum & seculorum
Ecclesiam extant longè præclarissima
dignè satis explicare queat? Testis est *Epist. Iudæ*
concertatio pro corpore Moïsis ad-
versus Satanam suscepta, quæ in Epi-
stola Iudæ commemoratur: Testis est
ipsius nunquam satis laudata opera
in reprimendis consilijs, quæ Satanas
regibus Persarum de non dimittendis
ex captivitate Iudæis suggererat:
Testis est insignis illa & ad omnem *Dan. 10.*
posteritatem imò perpetuitatem com-
memorabilis rerum Ecclesiæ conver-
sio, quæ sub Constantino Cæsare hu-
ius Archangelî robore, virtute, pru-
dentia, sedulitateq; DEO successum
largiente, perfecta est. Etenim cum *Apoca. 12.*
anteactis seculis Draco rufus, qui est
Diabolus & Satanas, per Romanos
Imperatores adversus Christianos ine-
auditis modis sævisset, & una post al-
terâ cōcitata persecutione huc totis
cōtendisset viribus, ut Ecclesiā excina-
deret penitè, Evāgeliū de Iesu Christo,
extremaret funditus: æternus Deus

in istis parturiētis Ecclesiæ difficultatibus & angustijs ὡς ἀπὸ μυχῶν ap-
parens, immenso beneficio præstitit,
ut Constantinus Magnus thronum
Cæsareæ Maiestatis conscendens,
Evangelicæ veritati de Iesu Nazare-
no crucifixo nomen & fidem daret,
& per vniversum imperium, quod
tū adhuc longissimè latissimeq; pa-
tebat, concessa Christianis, firmataq;
pace, quies & tranquillitas incredibili
cum gaudio, tripudioq; totius per or-
bem terrarum militantis Ecclesiæ sub-
sequeretur. Quo quidem tempore
vix ullum ab origine mundi festivius,
aut pijs omnibus exoptabilius illu-
xit.

Sed quid hæc ad Michaëlem Ar-
changelum & inquires. Nonnè enim
gratuito D E I munere hæc hal-
cyonia fuerunt populo Christiano
concessa? Sanè quàm maximè. Nam
si quævis donatio bona desuper est à
Patre luminum descendens, quidni
hoc

Iac. 1.

hoc quoq; divinum munus constituta
tae pacis ad DEVM autorem fuerit
referendum: Hoc verò nihil obstat,
quòminus Angelorum opera DE-
VS ad rem tantam expediendam fue-
rit usus. Et certè quantum valuerit
virtus huiusce Principis Angelorum
eo tempore, Divus Iohannes, cui hæc
in spiritu demonstrata sunt, libro suo
Apocalypsicè enarrat. Posteaquam
enim illic persecutiones à diabolo per
Imperatores adhuc Ethnicos excita-
tas sub imagine depinxerat Draconis
ruffi, habentis capita septem & cor-
nua decem (est verò hic quartæ Mo-
narchiæ typus) voraturi, si licuisset,
mulierem sub angustiis parturientē,
unà cum parvulo, quem peperit, qui
tamen rapitur ad DEVM & thron-
um eius, mulier verò præ furore sæ-
vientis bestiæ in solitudinem redigitur
(quæ graphica pictura fuit cru-
delitatis, quam sub gentilitate Cæsares
exercebant adversus Ecclesiam

Apocal. 2.

fide concipientem Christum, & sub
 tempestatibus persecutionum pia con-
 fessione parturientem illum, amictā
 Sole iusticiæ, fulgentem duodecim A-
 postolorum stellis, sub pedibus haben-
 tem Lunam, id est, mutabilia & cadu-
 ca simul omnia. Cum, inquam, hoc
 modo persecutiones illas eminus an-
 nunciasset Iohannes, mox huic viſio
 Prophetico subiicit, factum esse præli-
 um magnum in cœlo, Michaësem &
 Angelos eius præliatos esse cum Dra-
 cone & Angelis ipsius, & obtinuisse
 victoriam, hoc est, dissipavisse consilia
 Diaboli, quæ nitebatur obſcere, ne
 Constantinus ad fidem Evangelij se
 converteret, neve pacem daret Eccle-
 siis. Sed prævaluisse virtutem atq; ro-
 bur Archangeli & sociorum, ut cun-
 ctis obstaculis e medio submotis opta-
 ta pax Ecclesiarum Orbis Christiani
 sit stabilita, & ex caligine superiorum
 temporum serena quædam lux trans-
 quillitatis effulserit. Vnde secutū ē m. vi.
 n. 109 illud: In cœlo nunc facta est salus,
 & virtus, & regnum Dei nostri, & po-

testas Christi eius, quia profectus est
accusator fratrum nostrorum, qui ac-
cusavit illos die ac nocte.

Perspicitis hinc, quanta & quam
præclara extent huius incomparabilis
herois atq; principis in omnē Ecclesiā
promerita, perspecturi lucidius, si
ut hæc particularia, quæ recensui, sic
universæ eius res pro Ecclesia bene,
fortiterq; gestæ non minùs in literas
relatæ forent. Ex his autem, quæ pro-
ducta sunt, cætera quæ latent, æstimari
possunt. Atq; hæc de Michaële scorsim
dicta sufficiant.

TRANSEO à specie ad genus, seu
potius ab individuo ad speciem crea-
tæ naturæ Angelicæ. Mirum autem
est, potuisse quosdam in medio cætu
populi DEI eò furoris & amētix pro-
rumpere, ut sint nē Angeli, nō dispu-
putando disquirerēt, sed citra discepta-
tionem nullos esse palām decernerent.
Hi erāt Sadducæi, qui nec resurrectio-
nem mortuorum, nec Angelum, nec
Spiritū esse statuebāt impiē; homines
mente

Angeli Angeli.

Hieronymus Sallustius.
cap.

Acto. 27.

23.

mente corrupti, planeq; circa fidem reprobis, qui animum induxerant, credere nihil, quod non crassis sensibus esset obvium ac pervium. Ita verò neque animam (ut de DEO non dicam) quicquam esse credendum foret, quæ non minus atq; Angeli holce sensus exteriores quadam naturæ conditione solet effugere.

*In conspectu
munda*

*Quia angelus
visibilis*

Quamquam autem Moses historiam creationis describens, & opera singulorum dierum accurato studio commemorans nihil prorsus meminit Angelorum, quòd rudi scribens populo tantum visibiles visibilis huius mundi naturas percensere voluit: tamen non esse illos DEO coæternos, sed olim in tempore conditos, res ipsa manifestè loquitur. Si enim originem suam ad DEVM conditorem non referrent: tunc in illos DEVS (quippe coævus sibi & coæternos) nec supremum haberet ius, aut imperium, nisi vi partum, quod absit, nec ad

ad

ad illam obediendi DEO necessitate
rem essent obstricti, nec in prævarica-
tionem eorum Angelorum, qui se-
cessionem fecerunt, tanta severitate
animadvertendi potestatem DEVS
obtineret ullam. Imperium ergo,
quod in eos usurpat: obsequium, quo
sibi devinctos habet: poenæ ipsæ, quibus
inobedientiam illorum plechit &
coërcet, indubitata certæ sunt, non
æternos esse, non a semetipsis, non
proprii sui iuris, sed ab hoc rerum o-
mnium opifice DEO factos, ideoq;
iure creationis ad perpetuam obedi-
entiam ei præstandam obligatos. Quo
etiam sensu conservi nostri dicerentur
in sacris literis, si non eundem nobis
cū agnoscerent creatorem & Domi-
num? Quin ille quorundam Ange-
lorum lapsus rater & funestus lucus
lenter arguit, mutabiles illos fuisse, &
proinde ab æterno non existere, nisi
convertibili æternitati mutationem
ascribere, hoc est, insanire velimus,
con-

Apocal. 19
& 21.

con-

Psal. 104.

Heb. 1.

Coloss. 1.

contradictoria simul esse vera. Quid,
quod de creatione beatarum istarum
mentium Pſaltes Regius canit: Qui
creat Angelos suos Spiritus, & mini-
stros suos flammās ignis: quod au-
tor Epistolæ ad Hebræos idipsum ad
creationem Angelorum refert: quod
Paulus per Christum omnia creata
pronunciat, quæ vel in cælis, vel in ter-
ris sunt, visibilia & invisibilia, siue sint
throni, siue Dominationes, siue pote-
states, siue virtutes. Quis hic rerū The-
ologicarum tam sit rudis, qui ignoret,
per invisibiles creaturas in cœlis, ut et
per nomenclaturam istam, thronorum
dominationum, virtutum, potestatum
& principatum, Angelos ceu digito
nobis designari: quos non secus atq[ue]
res visibiles potentia Filij DEI crea-
tos esse Paul⁹ sonora voce promulgat.

Porro qua de materia sumpti con-
suetudinis dicitur, sunt difficile explicatu non est.
Ex q̄a materia dicitur
angeli conditi Essentia creatoris DEI partitionem
omnem absoluta sua simplicitate res-
puit, idcirco materiā illis, ex qua pro-
ducerentur, præstare non potuit, ne

si ab essentia sui Opificis illorum naturam dimanasse cōtendas, eadem opera & DEVM statuas in partes dividuum, & Angelos divina essentia prāditos, ideoq; Deos, creaturas hoc pacto, cum illarum auctore Deo, non sine horribili blasphemia cōmiscens. Sed neq; primigenia illa moles aquea condendornm Angelorū materia esse potuit. Corporea namq; cum esset, DEVS non Spiritus, sed corporeas tantū inde naturas produxit. Quē admodum autem Spiritū sive animā hominis non ex ea mole creavit, sed ē *Gen. 1.* nihilo productam corpori primi hominis iniecit, sic & Angelos immediatū virtute verbi cōsimiliter ex nihilo factos esse minimē dubitamus.

Quarunt autem Scholæ Theologorum, qua die cōditi putādi sūt Moles, *quando creati: sint.* ut dixi, nihil horum dererminat. Si dicamus, antē primum mundi diem, qui *Supra fin. lib. 1. de Gen. 2. cap. 9.* tempori ipsi dedit initium, Angelos a *8vo. 78 p. 138* Deo factos, statuendi erunt in æternitate conditi, quod absurdum est, quandoquidem extra dubitationis aleā cō-

Gen. 2.

Exod. 2.

fistit, primum illum diem, confirmando
 te hoc etiam Mose, fuisse & rerum &
 temporis principium; atque ideo
 prius non tempus aliquod, sed pu-
 ram puram æternitatem extitisse. Et
 qui componi queat hæc opinio cum
 assertione Mosaica toties iterata, quod
 Dominus sex dierum spacio cuncta
 sua opera perfecit? Intra hoc ergo
 spacium dierum sex cum necessario
 querenda sit Angelorum creatio:
 iam ulterius progrediens humana si-
 ve curiositas, siue cognoscendi studi-
 um, petit sibi designari diem illum, quo
 primum esse cœperint. Hic etsi tace-
 re videntur sacre literæ, coniectura
 tamen vero nequaquam absimilis in-
 capite 38 Iobi se offert, huc spectans,
 quod prima statim die sint cœditi. Ete-
 nim cum DEVS firmaret fundamēta
 terræ (quod die primo factum) iam
 tum scribuntur Opificem suum colo-
 laudasse stellæ matutinæ & iubilasse
 omnes Filij DEI. Filiorum DEI
 nomine

nomine hîc venire Angelos extra
 conspersam est, qui & stellæ matutinæ
 dicuntur, ob naturæ simplicitatem ab
 ignobili privatione defecatam, omnis
 iniquitatis expertem, cunctaq; labe
 peccati & erroris vacuum atq; liberam.
 Hic cum laudarent Dominum, & inenarrabilis læticiæ sensu iubilarent tum,
 cum Bases Orbis terrarum immitterentur; non abs re colligitur, DEVM
 opus creationis ab Angelis esse exorsum; idq; in his præstantissimis Spiritibus inchoatum, in homine finisse
 tandem, ut duobus eminentissimis a.
 creaturis, Angelis, & hominibus arduum hoc opus utrinq; clauderetur,
 velut ad consummatæ suæ perfectionis orbem atque circulum iam reductum.

Cæterum creati sunt Angeli Spiritus *psal. 104.*
 ritus, ut Psalter Israelis loquitur; Spiritus
 ritus verò non corporibus illigati, ut
 anima hominis, sed à nexu corporum,
 ut & materiæ concretionem penitus
 C
 me

mē separati. Quod enim corporali-
bus induti formis se ostendunt in suis
ad homines apparitionibus & lega-
tionibus; id totum non ad naturam sed
ἐκ κοινῆς pertinet, ut aspectabili for-
ma sumpta suā inservire scenæ, hoc est,
apparere hominibus, Dei ad illos man-
data referre, suāq; in his terris munia
rectius obire queant.

*Innumeri
angelorum*

Heb. 12.

Dan. 7.

Gen. 31.

Neq; verò DEVS paucos quo-
dam creare voluit, sed stupendam mul-
titudinem, myriadas copiasq; propè
nullo numero terminatas. Epistola ad
Hebræos, innumerabilium Angelorū
cœtum nominat. Et in cōitijs ca-
lestibus censentur millia millium, et de-
cies millies centena millia Angelorum
assistentium coram DEO. Iacobus
Patriarcha, in suo ex Mesopotamia re-
ditu obvias sibi habet binas Angelorū
turmas, unde locum huius Ange-
licæ revelationis Machanaim nuncu-
pat. Elisæo, commonstratur ingens ex-
ercitus flammeorum Equitum & cura-
rium. Huc refer, quod Christus ait,
posse

2. Reg. y

Luk. 22.

posse se, si expediat, orare Patrem, ut mittat duodecim legiones Angelorum in sui defensionem, adversum hostes Iudeos. Atque hac de causa DEVS frequentissimo scripturae usu Dominus exercituum nominatur, quod sub aeternae Maiestatis eius signis & vexillis, praeter reliquum penè infinitum numerum creaturarum, militet invictus iste sanctorum Angelorum exercitus.

Irrefragibile hoc argumentum est potentiae Dei: sed non minus sapientiae ipsius admiranda lux hinc effulget, quod in hac confertissima, densissimaque multitudine hanc elegantem ^{et} ~~etiam~~ constituit, ut exercitus illi coelestes in suas quasi classes atque ordines pulcerrimè disponderentur: quorum tamen ordinum differentiae ^{et} differentiarum causae ac rationes abstrusiores sunt, quàm ut ullius hominis intelligentia cognosci pervestigarique possint. Paulus Apostolus, cui patefacta in tertio Coelo sunt, quae lingua humana proferri nequeunt,

*Ephes. 4.
Colos. 1.*

queunt, vidit & hoc, quod cœlestes
illa mentes in sua quasi castra, signa,
turmas & cohortes sint tributæ. Quæ
propter in Epistolis ad Ephesios &
Colossenses nominat θρόνους, κυριότη-
τες, ἀρχάς, ἐξουσίας, δυνάμεις, hoc est,
Thronos, Dominationes, Principa-
tus, Potestates, Virtutes. Neq; unum
idemque differentibus hisce vocibus
indicari, sed diversis nominibus di-
versos quoq; notari ordines: disium-
ctiva particula (sive) quam habet E-
pistola Colossensibus inscripta, lucu-
lenter edocet. Quis autem est, aut fuit
unquam tanta facultate animi vel in-
genij, qui fontes & causas, adeoq; τὸ
δύστην harum differentiarū nobis expli-
catum redderet? Quæ enim illi Che-
rubici & Seraphici Scriptores Scho-
lastici de his tantis rebus delirarunt,
nugaciora sunt, quàm ut recenseri sal-
tem mereantur. Tantum dicere possumus,
non diversitatem aspectus DEI,
non disparitatem gaudij, non beatitudinis

dinis inæqualitatem efficere, has ordinum & graduum διαφοράς. Omnes ex æquo Angeli fruuntur aspectu DEI, eiusdem vitæ lætitiæq; sempiternæ perfruitione beati. Quicquid inter enumeratos ordines est dissimilitudinis oritur ac dependet à proprietatibus specificis illis, quæ thronos à Dominationibus, has à Principatibus, hos rursum à Potestatibus & Virtutibus determinant, & suam cuiq; classi quidditatem, ut loquitur in scholis, seu τὸ ἑᾶν conciliat. Quanquā quod aliqui sunt ex gregarijs, nonnulli ex primis principibus, ut visio Danielis indicat, hoc ipsum ostendit, esse illos donorum mensura, gloria, potentiaq; discretos, inter quos Michaël tanquam prælustre quoddam sidus ineffabili claritate fulget & eminet.

Dan. 10.

Hi tam excellentes Spiritus conditi formatiq; sunt ad imaginem Archetypi DEI, in sapientia, veritate, iustitia, bonitate, & sanctitate perfecti,

B 3 tempe

ea verò non essentiali, ut quidam hæc
 nostra tempestate *insulse* disputant,
 sed *accidentali cōformitate*, qualis inter
πρωτότυπον DEVM, & creaturam ad
 imaginem ipsius effigiatam inerve-
 nire potuit. Conditi porrò in arbitrii
 libertate, qua poterant vel in primæva
 iusticia sibi concreata persistere (quod
 fecerunt, qui in bono confirmati nunc
Iohan. 8. ævo sempiterno fruuntur) vel ab ea-
 dem deficere, quod fecit Angelus ille
 primarius, quem hodie Satanam ap-
 pellamus, unà cum sceleris perfidiaq;
 socijs: qui deserto pristino domicilio,
2. Pet. 2 de cœlo deturbatus est, & vinculis æ-
Epist. Iuda ternæ damnationis astrictus sub cali-
 gine reservatur ad diem iudicii, vbi
 cum universa factione conscleratorū
Apoca. 20. Diabolorum & impiorum hominum
 præcipitabitur in abyssum & lacum ara-
 dentem igni & sulphure.

Sed quia de Angelis malis erit for-
 san alius dicendi locus: omissis illis ad
 sanctos Angelos revertamur. Horum
 quantum

quantum, quamq; eximium sit robur
 & potentia, non dubia coniectura affir- Psal 103.
 matur, quod a praestantia roboris ap-
 pelantur in Psalmo potentes virtute; in //
 Epistolis verò Paulinis Angeli poten-
 tia DEI. Quin ordines ipsi, in quos 2. Thse. 2
 distributi sunt, de cœlesti eorum ineffa-
 biliq; potentia testimonium dicunt, pu-
 ta, quod throni, quod dominationes,
 quod virtutes, quod principatus, quod
 potestates nuncupantur. Probavit hoc,
 quod dicimus, experientia in rebus il-
 lorum gestis sacrorum Bibliorum vo-
 lumine decantatis. Certè Angelus Do- Ex. 12.
 mini, qui nocte una in Ægypto primo
 genita cuncta hominum & pecorum iu-
 gulavit, nonne quantum robore vales-
 ret, evidentissimo facto demonstravit. ✓
 Quid dicam de eo Angelo, qui in ca-
 stris Assyriorum una itidem nocte
 centum octoginta quinque millia vi- Esa. 37.
 rorum percussit & occidit. Quod igitur
 instructissimus exercitus plurimo-
 rum millium armatorum, nō nisi maxi-

mo labore & tempore benè longo cōficere valuisset, id unus Angelus citra sui defatigationem nocte una confecit.

Dan. 6.

Az. 12.

Dan. 10.

Apoc. 12.

Iob. 8.

Brevitatis causa prætereo multa stupenda & admiranda, quæ digito monstrasse sufficiat, cuiusmodi sunt, occludere ora Leonum, contractis portis æreis & vectibus ferreis comminutis salvos atque liberos præstare servos DEI, debellare, vincere, & vincere principem huius mundi & exercitum illum inferorum, alias totius Orbis potentia insuperabilem & invictum in fugam conijcere, Qualia de Michaële & Angelis eius leguntur, ut in præcedentibus ostensum est.

Iud. 3.

Iud. 7.

Miramur & fermè obstupefcimus, quoties in libro Iudicum legimus, unum Semgar pastorali pedo sexcentos Philistæos occidisse, parvam manum trecentorum Israëlitarum Gedeone Duce effusam illam ac fermè infinitam

finitam

finitam multitudinem Midianitarum, Amalekitarum, aliorumque populorum Orientalium, qui locustarum in modum omnia compleuisse narrantur, superasse: Et Simsonem nullis adiutum *Iud. 15.* copijs, nullis armis instructum contemptibili maxilla Asini trucidasse mille viros bellicosos & armatos. Sed omnes illæ victoriæ, quin omnium omnino Regum, Imperatorum, bellis civilissimarum gentium, potentissimorumque populorum res gestæ cum his, quæ de Angelis partim prodita leguntur, partim silentio teguntur, nec hostium potentia, nec contentionum magnitudine, nec decertationis modo, nec celeritate conficiendi, nec ipso victoriæ genere conferri possunt.

Hinc quanta sit eorum, & quàm illustis gloria, si nihil etiam addatur, ex iam dictis obvium est iudicare. Et quidem Maiestas Cæsarum meritò dicitur & habetur sacrosancta. Quid verò Cæsar ad unum ex minimis Ange-

C 5 lis

lis collatus? Quantum hic Sol luminis
 sui copia stellis reliquis antecedit; tantū
 Angelus quise^{us} superat totius corru-
 ptibilis istius mundi gloriam & magni-
 ficentiam. Angeli enim spiritualis natu-
 ra sunt, vicissim reges huius fluxi lubri-
 ciq; ævi homines sunt; hi mortales, illi
 immortales; hi virib; debiles & infirmi,
 illi admirando robore præstantissimi:
 hi in terris mille periculis, ærumnis, an-
 gustijs, adversitatibusq; procellis atque
 fluctibus circumdati, & si quo fruun-
 tur gaudio, id nec sincerum est, nec in-
 tegrum, nec diuturnum, sed in horas, &
 momenta ferè mutabile: illi è converso
 gaudium habent sine fine stabile, sine
 admixto mœrore ilibatum, sine labe
 criminis sincerum, sine formidine ven-
 turi mali undiquaq; completum & per-
 fectum: deniq; status, in quo versantur
 Angeli, planè cœlestis est, tantoq; bea-
 tior & augustior omnium Regum cō-
 ditione, quantō spiritualia corporeis,
 cœlestia mundanis, sempiterna caducis
 antecellunt. Illorum beatitudo (ut & hæc
 par-

partem inchoata tela pertexam), obie-
cti loco habet non rem ullam creatam
aut terrenam, sed Deum ipsum, coram
quo sine fine assistunt. Quamobrem
& voluptas è conspectu & perfructio-
ne summi huius & eminentissimi boni
enata toto genere maior sit oportet cū
ctis ijs, quæ vel oculis humanis cerni,
vel auribus audiri, vel ulla cogitatione
mentis comprehendi possunt. *Esa. 64.*

Hæc ipsorum felicitas cum in aspe-
ctu iucundissimo Dei sita sit; quis tam
sit demens, qui eā loco affixam somnia-
et, quasi svavius delicietur Angeli, cum
sunt in supramundano quodam cælo,
quàm cum hic in terris sua ad genus
humanum officia muniaq; pergunt. *Matth. 18.*
Num enim liquidius Deum suprā aspi-
ciunt, quàm hic infra & nonné de ijs
Angelis, qui in terris curam parvulo-
rum gerunt, pronunciat Salvator: quòd
Angeli parvulorum IN COELIS
semper videāt faciem patris, qui in cœ-
lis sit, Sunt parvulorū angeli; Ergo nō
procul

procul ab eis absunt. Sunt verò nihilo-
minus in Cœlis, hoc est, in statu coele-
sti etiam cum ministrant infantibus in
hiscæ terris. Nunquam enim aspectu
DEI sunt orbatī atque iccirco nec
cœlo suo seu cœlesti beatitudine ullibi
destituti.

Apocal. 19.

& 21.

Hæc quando in illis admiramur
& suspicimus, opera danda est, ut ad-
miratio nostra iustos limites non exce-
dat, nevé in superstitionem aut idolo-
maniam desinat; quod Papistis eve-
nisse cernimus. Vtunque enim An-
geli sunt naturæ præstantia insignes,
robore potentes, gloria maiestateq; cla-
ri, beatitudine deniq; admirandi; crea-
turæ tamē sunt, ideoq; infra gloriam sui
creatoris infinito prorsus intervallo
subsidunt. Nonnē conservos se no-
stros fatentur ipsi? nec ferunt, cultum
sibi religiosum ab hominibus exolvere
dependi? quod liber Apocalypseos
Iohannis diversis in locis testatur. Cer-
tē immotum posstat id, quod Domi-
nus

per

nus

nus sanxit semel, & ad populum suum
 promulgavit: Dominum DEVM
 rium adorabis & illi soli servies. Hanc *Deut. 6.*
 gloriam suam alteri se non daturum, *Matth. 4.*
 apud Esaiam perspicue declarat. Extra *Esai. 42.*
 DEVM igitur adorabile nihil est, &
 nisi Caro, quam $\delta\lambda\omicron\gamma\theta$ sibi persona
 liter associavit, in ipsum DEVM (ut
 Symbolum Divi Athanasii habet) as
 sumpta, & in thronum æternæ maiesta
 tis ad dextram omnipotentiae DEI
 collocata foret: nunquam ipsa quoque ad
 honorem adorationis aut invocationis
 exaltari potuisset. Iam verò discrimen
 inter Angelos & exaltatam Christi na
 turam Spiritus sanctus ipse designat.
 Christus certè non solum qua DEVS,
 sed etiã, qua homo, ipsis illis Angelicis
 spiritibus adorandus sistitur. Quando
 enim DEVS primogenitum filium suum *Heb. 1.*
 um per incarnationem introducit *Psal. 97.*
 in Orbem terrarum dicit: *Phil. 2.*
 A
 dorent eum omnes Angeli DEI.
 Quemadmodum & donatum est ei
 nomen

nomē supra omne nomē, ut in nomine
Iesu omne genu flectatur, cœlestium,
terrestrium, & inferorum, ōnisq; lingua
confiteatur, quod Iesus Christus sit Do-
minus ad gloriam Dei patris. Secus ha-
bet Angelorum cōditio, qui neq; Dī
sunt, neq; in Deum assumpti (nō enim
Angelos sed semen Abraham assumpti)
nec in thronum dextræ Dei collocati,
nec officiis soli Christo Salvatori con-
gruis insignes.

*Officiū in ang.
hymn.*
erga Dm̄m.
Nam ut pergamus in proposito, &
residua partē orationis explicemus of-
ficia, ad quæ sunt à Deo destinati; sūt ea
non huiusmodi, quibuscū sublimis ille
honor gloriose adorationis cōnexus sit.
Adorāt poti⁹ Angeli, quàm eis cultu re-
ligioso deserviedū sit. Est ergo hoc pri-
mariū munus, quo fungūtur, quòd astā-
tes in cōspectu Dei hunc suū conditorē
& Dominum æternis laudibus cōcele-
brāt, hymnum Angelicum illum, glori-
osissimæ Trinitatis honori sacrum in tē-
plo cœlesti personātes; Sāct⁹, Sāct⁹, Sāct⁹.
Domin⁹ De⁹ exercituum: plena est terra
gloria

Isa. 6.

apocal 4.

gloria maiestatis ipsius. Et paululum
 mutatis verbis: Sanctus, Sanctus, Sanctus.
 Dominus Deus omnipotens, qui est,
 qui erat, & qui venturus est. Et in A-
 pocalypsi: Dignus es Domine accipe-
 pere gloriam, & honorem, & virtutem:
 quia tu creasti omnia, et propter volun-
 tatem tuam sunt & creata sunt. Dignus *Apocal. 5.*
 est agnus, qui occisus est, accipere vir-
 tutem & divitias, & sapientiam & fortia-
 tudinem, & honorem, & gloriam, & be-
 nedictionem. Ac rursus sedenti in
 throno & agno benedictio, & honor,
 & gloria, & potestas, in secula seculor-
 um. Amen. Hoc est, quod de An-
 gelis Psalmista regius scribit: Lau-
 date Dominum omnes Angeli eius, *Psal. 103.*
 potentes virtute, facientes verbum illius,
 ut audiatur vox sermonum eius.
 Laudate Dominum omnes exercitus
 eius, ministri eius, qui facitis volunta-
 tem eius. Hoc est, quod rursus ait Domi-
 nus, ab initio mundi stellas matutinas
 laudasse Deum, & iubilasse pariter om-
 nes filios Dei.

ER

*Heb. 1.**Psal. 34.**Psal. 91.*

Est verò & aliud illorum munus,
 quo erga nos homines defunguntur.
 Definuntur enim, quòd sint admini-
 stratorij Spiritus, emissi in ministerium
 propter eos, qui hæredes erunt salutis.
 Et hac de causa sancti vigiles appellan-
 tur. Ad hæc ministeria præstanda emittuntur à DEO, coram quo indefinenter astant, parati & alacres ad cape-
 senda iussa eius. Atq; huc pertinent illæ salutares & iucundæ promissiones.
 Angelus Domini castra metatur circa
 timentes eum. Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus
 vijs tuis, & manibus portent te; ne
 fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
 Quas promissiones non nudis conceptis verbis proponit scriptura, sed exemplis illustribus eas nobis probatas reddit. Quis enim est in Bibliis tam peregrinus, quin sciat, quanta bona per ministerium Angelorum cumulatè in nos effundat Dominus: quàm sæpè mirabiliter suos eripuerit
 Angelo-

Angelorum ope ex ijs malis, è quibus
 aliàs nullis humanis viribus eluctari
 potuissent? quomodo Angelus Do-
 mini nuptias Rebecca conciliarit Isa-
 aco, dicente Abrahamo ad servum ne-
 gotij huius conficiendi gratia in Mes Gen. 24.
 opotamiam ablegandum: mittet De Gen. 19.
 us Angelum suum coram te; simili-
 ter, quomodo Lothum eripuerint
 Angeli ex nefarijs manibus sceleratae
 turbae Sodomitae, qui praecipiti fu-
 rore incitati venerant expugnatum
 ades eius; animis suis inexpressibile ne-
 fas molientes; quomodo saluum & in-
 columen eduxerint, ne cõmuni cum
 Sodomitae reliquis involveretur e-
 xitio: quomodo Iacobum in Mesopotamiam
 abeuntem protexerint: quomodo revertenti cum fami-
 lia vias & loca omnia tuta suis excubi-
 is reddiderint: quomodo liberatio-
 nem filiorum Israel ex Aegypto pro-
 moverint, in deserto eis adfuerint to-
 to peregrinationis tẽpore; quomodo
 Angelum suum pramiserit DEVS
 D ad

Gen. 28.

Gen. 31.

Gen. 32.

Ex. 12. 14.

Ex. 32.

ORATIO

ad efficiendum possessores terræ: quam
familiariter item conversati sint An-
geli sanctis Prophetis, Eliæ profus-
1. Reg. 19 goë terra Israël & inedia ferè con-
2. Reg. 7 lecto: Elifao à Syris ad necem
Dan. 6. quæsito: Danieli coniecto in for-
Dan. 3. midabilem lacum Leonum: so-
cuis eius in voracissima rapidissima
que flamma camini Babylonici stus-
pendo miraculo custoditis: Tobie
in itinere: Iosepho marito Mariæ
Tob. 5. virginis in Ægypto & alibi: Pe-
& seq. tro Apostolo in carcere. Et quis
Matth. 2. in numerum rediget ea, quæ sunt
Act. 12. innumerabilia exempla ope Ange-
lorum præstita? Certè qui diligentis-
us scrutantur exactæ vitæ suæ cur-
sum, & attendunt, quomodo non-
nunquam ex intricatissimis periculis
eluctati sint: quomodo præter o-
pinionem evitâriat Diabolorum las-
queos & insidias; quomodo casus ad-
versos atque subitos, qui certissimum
vitæ periculū secum tracturi videban-
tur, insperatò ac præter omnem ex-
pecta-

pectationem evaserint: dubium non
est, quin unusquisque nostrum do-
ctrinæ huius veritatem propria ex-
perientia comprobata sentiat. Sin-
gularim verò de parvulis dictum he-
ternis concionibus est, in horum
praesidijs, custodijs, vigilijs, & excu-
bijs esse constitutos beatos Angelos.

O immensam bonitatem summi bene-
factoris, ô clementissimi D E I *φιλαν-
θρωπιᾶς*, omnium hominum prædica-
tione, lingvis atque literis celebra-
dam, quòd tanto honore dignatus
est Dominus miserum nostrum genus,
ut Angelicas illas potestates & regni
Cælorum principes nobis custodes
atq; vigiles destinaret. Quis homini
Ethnico, aut profano Sadducæo, aut
Epicuri de grege porco, hæc ita propo-
net, ut vera nō ficta esse sibi persuadeat?

Sed hoc, quicquid est beneficij,
non tribuamus nostræ dignitati, non
ulli humano merito, sed inenarrabili illi
mysterio mysteriorum & miraculo mi-
raculorū omnium, incarnationi Filij Dei

ceum fructum lætissimum feramus acceptum, qui non Angelos sed seminem Abraham assumens, in semetipso contemptibile nostrum genus supra naturam Angelicam exaltavit. Itaque propter unum hominem Iesum Christum, in dextra potentie gloriæque DEI sedentem & regnantem, ardentissimo desiderio flagrant ac gestiunt nobis, huiusce ~~θεοῦ~~ ^{θεοῦ} ~~ἀγγέλων~~ ^{ἀγγέλων} fratribus, sua servitia ministeriaque dependere. Incredibile est, quanta cum alacritate, quanta fide, quanto studio, diligentia, desiderioque munus hoc sibi delegatum obediunt, quam sint in nullam non occasionem utilitates provehendi nostras intenti; adeo, ut post conditoris sui gloriam, nihil prius, nihil antiquius, nihil incundius, nihil uspiam sibi vel optatius ducant, vel gloriosius, quam Ecclesie Dei publicam, singulorumque fidelium privatam incolumitatem, commodum & salutem procurare. Quam illorum erga nos propensissimam voluntatem & affectionem Dominus Iesus in Evangelio

Luc. 15.

gelio similibus ē medio rerum humanarum usu petitis exprimere voluit, dicens, quemadmodum latetur fidelis ac bonus pastor reperta ove perditata, & ut mulier invento denario amisso temperare sibi nequeat, quin eam rem vicinis suis effuso cum gaudio denarret: sic esse gaudium in cœlis, coram Angelis DEI, super uno homine agente pœnitentiam, plus, quàm super nonaginta novem iustis, qui pœnitentia non egent. Itaq; non abs re Divus Petrus Angelos ait desiderare in mysteria Evangelij introspectare. Nam, ut totum mysterium salutis hominum ex annalibus Evangelistarum repetiturus ab initio exordiar & deducam ad extremum, novissimāq; conferam primis, quæ tandem potest illius esse pars, cuius nō Angeli, præcones & nuncios agere votis intimis desiderarint: Incarnationem Filij DEI, quingentis annis, ante rerum eventum prænunciavit Gabriel, præfiniens

Dan. 9.

Luc. 1.

ens Danieli tempus, quo Sanctus ille
Sanctorum ungendus foret. Idem nati-
vitate Iohannis Baptistæ; idem cōcep-
tionem Christi redemptoris indixit ac
denunciavit Mariæ semper virgini.
Nato iam in Orbem Christo Domi-
no, primum nuncium cœlitus af-
fert Angelus, clara luce refulgens
& pastores insolita visione conside-
ratos sic compellans: Ne timea-

Luc. 2.

tis, ecce enim Evangelizo vobis gau-
dium magnum, quod futurum est to-
ti populo; quia natus est vobis salva-
tor, Christus Dominus in civitate Da-
vid. Hoc lætitiæ signo dato, protin-
us insequitur hymnus militiæ sancto-
rum Angelorum, glorificantium DE-
VM & canentium: Gloria in excelsis
DEO, pax hominibus & in terris bo-
na voluntas. Iam cum insidiæ strue-
rentur puero Iesu ab Herode Rege, ap-

Matth. 2.

paret Angelus Domini, submonens Iose-
phum ut assumpto puero eiusq; ma-
tre in Ægyptum secedat. Extincto
Tyranno, rursus lætus & optatus nun-
cius

cuius apparet Angelus, hoc apportans
 Evangelium, esse mortuos, qui vitæ
 pueri prius insidiati fuerant. Quando
 iam Salvator in deserto *μοναχία* de-
 pugnat cum Satana, victoriæ potitur *Matth 24*
 præstò sunt illico sancti Angeli, victori
 Domino & gratulantes & ministrantes. *Luc. 22.*
 Luciati in horto cū pavorib. mortis et
 inferni, cœlitus apparet Angelus cōfor-
 tans & erigens illum. Iam cum paulò
 post solutis doloribus mortis die tertia *Matth 28.*
 resurgit, primi illi sunt, qui beatis fœ- *Marci 16*
 minis ad monumentum egressis partem *Luc. 24.*
 gloriæ resurrectionis Iesu Christi vi- *Ioan. 20.*
 ctorem exponunt & deprædicant.
 Cum in cœlos ascendit, sine mora salu-
 tares isti nunciij de hoc etiā articulo, visi *Act. 1.*
 bilib. Domini reditu ad iudiciū concio-
 nantur. Vsq; adeò nulla pars propè
 gestorum Christi, cuius illi nō ad homi-
 nū genus iuternunciij esse cupidissimè
 desiderarint, ut quā sint salutis nostræ
 ineffabiliter amantes, indubitato sym-
 bolo demonstrarent. Desiderium id
 tantum est, ut pios DEI cultores
 C. 4. ne

ne quidem in monte deferant, suove ministerio destituant. Quin morientibus astant & illorum animas ex hac luctuosissima miseriarum omnium valle liberatas in sinum Abrahæ (quod de Lazaro manifestè Lucas perhibet) transportant.

Act. 12.

Atque hic à nonnullis quæri solet curiosius: sitnè cuique fideli homini unus duntaxat adiunctus Angelus vel plures? Priori sententiæ suffragari videtur Ecclesia pimitiva congregata in ædibus Mariæ matris Iohannis, qui cognominabatur Marcus. Cum enim Petrus DEI ope per Angelum solutus carcere, pulsasset earum ædium fores, hocq; puella Rhode nunciaret intus, Petrum astare ianuar, responderunt illi: Angelus eius est; non obscure significantes, peculiarem Petro, & consequenter reliquis pijs, suum unicuiq; Angelū, ceu præsidem & custodem esse destinatum. Posterius confirmare videtur historia Iacobi Patriarchæ,

triarchæ, cui in subsidium & solati-
um apparent duæ Angelorum tur-
mæ, live castra: historia quoque E-
lisæi, in cuius gratiam & defen-
sionem iustus exercitus flammeorum
Equitum oppositus erat infestis Sy-
rorum copijs. Sed expedita est con-
ciliatio, quæ huc credit, ut suus cuique
tributus à DEO statuatur Angelus
ordinariè: quemadmodum exemplo
Petri Ecclesia primitiva decernit: ad
quem tamen ordinem DEVS non
ita sese alligat, quin velut extra con-
suetum morem plures nonnunquam
Angelos uni homini libera sua vo-
luntate adiungat: Sicut & anima La-
zari non ab Angelo, sed Angelis in-
sinum Abrahamæ translata legitur.

Gen. 31.

2. Reg. 6

Luc. 16.

Sed neque hac quæstione no-
bis est opus, cur DEVS opera An-
gelorum à Satanæ insidijs nos tutos
præstare velit, cum id immediata sua
virtute multò rectius efficere pos-
se videatur. Hoc totum namque

D 5

pro

propter nos ita constitutum est, quibus ob carnis imbecillitatem, infinita DEI maiestas illa terribilis esse solet, ut haud perinde ab ipso solo immediate pendere valeamus, sed ad media subinde respiciamus.

Familiariori itaque nobis est Angelorum custodia, quippe conservorum nostrorum. Nec tamen interim DEVS ociosus est protectionis nostrae spectator. Huius enim munere tributa haec vita est, quam vivimus: hic datus Spiritus, quem ducimus: haec concessa lux, quam aspicimus: in hoc DEO nostro sunt, vivunt, & moventur omnia. Quin hi ipsi potentissimi Spiritus, à quo emittuntur, ut nobis inserviant: nonne à DEO? unde suum hoc robur habent, quo nos muniunt, hanc industriad, qua technas & astus Diabolorum elidunt? hanc indefessam alacritatem, qua se ad ministeria nostra

fra demittunt: à D E O utique:
 qui etiam illos ita sustentat, ita re-
 git, ita labores, & certamina, quæ
 sustinent, sua benedictione fortunat
 & secundat, ut in ea lucra non æ-
 rem diverberent irritis & ociosis
 ictibus, sed Domino successum
 largiente principem tenebrarum &
 squamas eius gloriosissimè debela-
 rent.

Cæterùm nec Pontificij, suâ,
 quam hîc movent, quæstione quic-
 quam proficiunt. Obvertunt nobis,
 quia planum sit, Angelos nobis
 esse præsentès, videre coràm, quibus
 cum malis & ærumnis in hoc se-
 culo conflictemur; itaq; fas esse ut
 compellemus illos, & suo quisque
 Angelo dicamus: sancte Angele,
 protege me: ora D E V M pro me:
 haud aliter atq; ab homine præsentè
 mutuas ad Deû preceset intercessionē
 piē

piè flagitare liceat. Sed ô quàm
multum diversitatis interest? Allo-
quiū præsentis hominis omni vacare
periculo superstitionis & idoloma-
niæ, res ipsa convincit. At com-
pellationes Angelorum, partim quòd
invisibiles illi sint, partim ob excel-
lentiam Angelicæ maiestatis homini-
bus quodam corruptæ naturæ vitio
ad ἀγγελοθεμείαν inclinatis præsen-
tissimam idolatrici cultus occasio-
nem subministrarent. Et per eius-
modi colloquia seu dialogismos ho-
minum cum Angelis, quàm ingens
aperiretur porta spiritibus malis, sub
specie Angelorum lucis miscendi
cum hominibus colloquia, & infin-
tis modis illos ludificandi, quin & in-
stilandis eis opiniones fanaticas, ab-
surdas, & à verbo veritatis alienas at-
que dissonas? Quod superioribus
seculis accidisse sub regno Pontificio,
experientia, quæ stultorum Magis-
tra solet esse, non sine innumerabili-
um

um animarum perpetuo dispendio,
exitioq; comprobavit. Proferant
Pontificij exemplum unum saltem
ex omni scriptura, quo quisquam
pius conatus sit hunc in modum ser-
mocinari cum sanctis Angelis, dem-
ptis solis apparitionibus manifestis,
quibus illos DEVS visibiliter ap-
parere, suaq; ad homines mandata
perferre iussit.

Verum ut ex ista navigatione
tandem ad portum sese recipiat ora-
tio, quod Angelorum sit futurum
officium in illustri adventu Filij Dei
ad iudicium: liquidius patefcet ex col-
latione historiarum promulgatae legis,
& eorum, quae in die magno illo sa-
cris literis attestantibus eveniunt. Ete-
nim ut Lex per ministerium Ange-
lorum lata scribitur, quando obnubi-
labatur caelum, mons Sinai densissi-
ma nube cooperebatur; inclaresce-
bant tonitrua, micabant fulgetra, fu-
migabant

ORATIO

migabant montana deserti, astabant
 & pavebat Israëlitarum exercitus, &
 tuba sanctorum Angelorum mini-
 sterio inflata, clangore humanis au-
 ribus intolerabili stupendum in mo-
 dum perstrepebat, ut ex ea confusio-
 ne Elementorum, & fragore cun-
 ctis seculis inaudito, vastissima deser-
 ta Sinai concuterentur, fundamenta
 simul & cacumina montium atque
 collium instar agnorum & ovium
 subsultarent, & Orbis terrarum
 insolitæ tempestatis impetu longè
 latèque contrémisceret: Sic in
 ultima ultimi diei tempestate sue ex-
 runt Angelis quoque partes expe-
 diendæ. Clangent tubis claris & so-
 noris, quarum horrendo sonitu non
 hæc sublünaris duntaxat regio, sed
 ipsi cœlorum cardines ineffabilem in
 modum concutientur, donec robore
 DEI omnipotētis eversa creati mûdi
 huius machina transeat & in nihilum
 evanescat. Fient hæc in illustri ad-
 ventu Domini Iesu ad iudicium;
 quan-

Matth 24.

quando veniet cum sanctis millibus Epist. Iu.^{da.}
 & cum Angelis potentiae suae, ut glorificetur in sanctis suis & admirandus 2. Thes. 2
 fiat in omnibus credentibus. Tunc missi in
 ea universali messe coelestes illi messio- Matth. 13
 res congregabunt electos à quatuor
 ventis, à summis caelorum usque
 ad terminos eorum, ut congregent eos
 in horrea DEI, perpetuam nullisque
 seculis finientiam cum eis societatem
 habituri. O gloriosum & verè bea- Matth. 22
 tum diem, quo sanctis, & beatis his-
 ce spiritibus aggregati, Salvatore
 teste, similes eis erimus, una cum illis
 suavissimo concentu per infinita se-
 cula concelebraturi DEVM Vnum
 et Trinum, in gaudio & beatitudine ea,
 quam oculus non vidit, auris non
 audivit, & in cor hominis non ascen-
 dit. Non dubito ego, quin om-
 nium animi concupiscant aliquan-
 do vivere cum beatis Angelis in
 Coelo. Et quis tam esse queat de-
 sperare rabiosus & insanus, qui ma-
 lia

lit æternum cruciari sub infernalibus
tortoribus in gehenna, quàm iubilare
cum Angelis in vita beata DEI:
Neque tamen hæc felicitas promi-
scuè contingeret omnibus. Sunt,
qui in hac vita nolunt obsecundare
sanctis Angelorum monitis, sed ad
Diaboli nutum atque placitum vi-
tam omnem suam componunt, vo-
lutantes sese in flagitijs, sceleribus,
& peccatis contra conscientiam, fœ-
dere, quod olim cum D E O pepi-
gerant in Baptismo, pedibus concul-
cato. Hi non Angelis lucis, sed
tenebrarum associati eandem cum ip-
sis perfidiæ suæ mercedem accipient,
communibus in ultimam usq; sempit-
ternitatem tormentis infernalium
pœnarum excrucianti, iuxta teno-
rem incommutabilis illius sententiæ
supremi Iudicis, verbo DEI iam
pridem conceptæ, & è nubibus o-
lim solenniter promulgandæ his ver-
bis: **Discedite maledicti in ignem**
æter-

æternum, qui paratus est Diabolo
 & Angelis eius, ubi ploratus erit *Esa. 66.*
 & stridor dentium, ubi vermis illo- *Apocal. 9.*
 rum non morietur, & ignis non *Apoca. 14.*
 extingvitur, ubi quærent mortem
 & non invenient, desiderabunt mo-
 ri & mors fugiet ab eis, ubi denique
 fumus tormenti illorum ascendet in
 secula seculorum.

Quare lectissimi iuvenes, si ani-
 mus vobis est in altero seculo frui so-
 cietate beatorum Angelorum; date
 operam, ut in hac vita cum eis non
 solum ineatis, sed etiam conservetis il-
 libatam amicitiam, monitis & pijs in-
 spirationibus obsequamini, virtutes
 imitemini, quibus illi sunt conspicui,
 ex adverso peccata, flagitiaq; cunctis
 sensibus respuatis, à quibus illos to-
 tis animis abhorrere intelligitis. Ca-
 sti sunt spiritus, quibus omnis spur-
 citas in verbis & factis extremè con-
 traria est. Sic ergo vos comparate

E us

ut vobis adesse, vos præsi dijs suis circumvallare, vos manibus portare gestiant. Memores simus, non eò nos esse vocatos, nec tam caro precio idè redemptos, ut in omnem peccandi licentiam, diffuentes impiè, Diabolo serviamus, sed ad sanctitatem nos esse regenitos in Baptismo nostro, & ut Apostolicæ literæ percipiant, accessisse ad montem Sion, ad civitatem DEI viventis, ad Ierosolymam cœlestem, ad innumerabilem Angelorum cœtum, ad concionem primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis, ad iudicem universorum, ad spiritus iustorum perfectorum, & ad novi Testamenti conciliatorem Iesum. Si vitam Angelorum conversatione dignam egerimus, habemus illos fidissimos custodes & protectores: sin flagitijs nos polluerimus, experiemur severos inspectores, testes, accusatores, sententiæque contra nos ferendæ executores, qui ut

ut

ut triticū inferent in horrea Domini.
sic Zizania colligent in fasciculos, ut
exurantur igni inextingibili.

Prece[m]ur ergo filium DEI,
Pontificem & Servatorem nostrum
Iesum, ut in hac senescentis mundi
declinatione & effœta senectâ lucem
Verbi sui nobis nostrisque, si qui futuri
sunt, posteris benignè conservet,
sanctificet nos in veritate, roboret in
fide, fulciat spe viva, inflammet ardo-
re Christianæ delectionis, confortet
in patientia, idoneos nos reddat ad
omne bonum opus, & in his invale-
scentis immanitatis Turcicæ tempe-
statibus ac procellis muniat Ecclesi-
am suam præsidij angelicis, quin
ipse[m]et tanquam fidus ille custos I-
sraëlis, qui neque dormitat, excubias
agat pro civitate sua dilecta, dimis-
sisque peccatis sit propitius populo
suo, effundat autem iram suam in
gentes, quæ non noverunt eum, & in

E 2

regna

regna, quæ nomen eius non inuocauerunt: infringat immanissimæ hostis nefarios ausus, & valida sua manu brachioq; excelsæ destruat regnum illud impietatis Mahumeticæ, quo liberali de manu inimicorum nostrorum seruiamus ei cum sanctitate & iusticia coram ipso cunctis diebus vitæ nostræ, stabiles in fide, & irreprehensibiles in charitate, expectantes beatam illam spem & apparitionem Domini nostri Iesu Christi, quam temporibus suis ostensurus est ille beatus & solus princeps, rex regum & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem nemo hominum vidit neque videre potest, cui sit laus honor & imperium sempiternum AMEN.



Errata Typographica sic Corrigenda

A. 5. f. b. l. discussæ. B. 1. f. b. l. 9.
detestetur. B. 2. f. b. l. 1. sigillatim. B.
4. f. a. l. 9. dimittendis. B. 5. f. b. l. 17 con
verteret. B. 7. f. a. l. 23. inconvertibili.
B. 8. f. a. lin. 17. immediata. lin. 20. sint.
C. 1. f. a. l. 2. controversiam. lin. 14. duab^{us}
C. 1. f. 2. l. 22. Machanaïm. C. 2. f. a. l. 19.
differentiæ &c. C. 2. f. b. l. 6. *Invéues*.
C. 3. f. a. l. 14. nonnulli. C. 4. f. a. l. 4. ap
pellantur. liu. 18. demonstravit. C. 5. f. b.
l. 3. quisve. C. 6. f. a. l. 17. peragunt. C. 6.
f. b. l. 18. intervallo. l. 24. perstat. C. 8. f.
a. l. 13. benedictio. C. 8. f. b. l. 18. scripta
a. l. 22. ministerium.

Correcta 25 Janis. 1602. 7.